

De 7523





Am 1. April.

Hildesheim
März 1876





A V C T O R I T A T E

ET SVB AVSPICIIS

AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
DOMINI

G V I L I E L M I I.

ELECTORIS ET LANDGRAVII HASSIAE REL.
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI

A D

NOVI MAGISTRATVS ACADEMICI
INAUGVRATIONEM

IPSIS CALENDIS IANVARIII A. CIOIOCCCXVIII
CELEBRANDAM

EA, QVA PAR EST, OBSERVANTIA ET HYMANITATE
I N V I T A T

ACADEMIAE ADHVC PRORECTOR

IOANNES MELCHIOR HARTMANN,

THEOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR, PHILOS. ET LINGUAR. ORIENT. PROF. P. O.
SOCIETATIS MARBVRGENSIS RERV NATVRALIVM STUDIOSAE SODALIS
EXTRAORDINARIVS.

IN EST EDRISII HISPANIAE PART. III.

MARBVRGI,

TYPIS KRIEGERI ACADEMICIS. MDCCCXVIII.



A V C T O R I A T E

AVGUSTINI DE ...

GUILLELMI I.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...




EDRISII HISPANIA.

§. 5.

Terrae proventus.

Nactam esse Hispaniam felicem situm, divitem esse animalium, metallorum, frumenti, vini, olei, malorum aureorum, punicorum, citreorum similiumque fructuum, res est nota atque apud omnes pervulgata. Sustinui itaque magnam expectationem industriae Edrisianae in enumerandis terrae bonis, verum justo parciolem eum deprehendi. Passim et sine ordine eorum mentionem facit; ex urbium itaque descriptione carpere et undique colligere me oportuit fragmenta, quae oblata hac per solennia academica occasione in lucem profero.

1) *Animalia* Edrisius commemorat nulla. Abulfeda auctore reperiuntur in Hispania dorcades, onagri, cervi, sed



leones neutiquam; falcones vrbis Lisboa praestantissimi sunt; solum vrbis insulae viridis pecoribus ferax. (a)

2) Idem Abulfeda (b) memorat lapicidas marmoris varii coloris, albi, rubri, striati etc. Ex Edrisio (c) discimus „urbem Tarracona muris marmoreis esse circumseptam.“ Multo copiosior de fodinis metallorum, quae in Hispania reperiuntur, exponit Tamimius (d) exhibetque, quae sequuntur, lectu, ut mihi quidem videtur, dignissima. „*Argenti fodinae*, quae in Hispania coluntur, in iis inveniuntur regionibus, quae in ditone ac potestate Romanorum (Francorum) hodie sunt, scilicet versus occidentem (urbis) *Schantara* (e), quae abest a Kortoba circiter 4 stationibus. — Prope locum quendam, qui *Schalun* (f) vocatur, est *fodina argenti vivi*, quod inde exportatur distrahendum incolis totius occidentis regionumque Almeriae urbis vicinarum. Alius locus, a Schalun ad diaetam et dimidiam distans, *Dalaia* (g) vocatus, *plumbi fodina* celebris; ac inde pariter ad diaetam

a) ABULFEDA p. 115. 123. 148. vers. REISK. p. 221. 223. 230. De urbe insulae viridis, vid. paullo post Clima Baheirae.

b) l. c. p. 115. vers. 221.


c) v. infra Clim. al Bortât. SIONITAE vers. p. 159.

d) TAMIMI p. 156. vers. KARSTEN p. 1.

e) Vid. infra Clima *Belata*. SIONITA p. 215.

f) *شالون* locus mihi ignotus, nisi forte sit *Salar*, de quo videndus BÜSCHING p. 237.

g) vid. Clima *Bed/chaja*. SIONITA p. 162. BÜSCHING p. 239.



et dimidium, in territorio Almeriae est locus *Charesch* (*h*) ubi *ferri fodina* altera, altera autem ad locum quendam *Auriba* (*i*) vocatum, situm Deniam inter et Setubam ac dimidia fere statione a Denia dissitum. Hae sunt fodinae, quae in Hispania coluntur; plures non exstant. Aurum ex terra Sudan (*k*) importatur. Haec Tamimius. Edrisio teste „castellum *Almâden* (*l*) e regione urbis Lisboa situm, „sic dictum est ob aurum Tibr (*i*. nativum — (*m*)) quod „saeviente mari eo rejicitur.“

Aqua urbis Badscha peculiari virtute deperdit coria; aqua urbis Baga eam dotem habet peculiarem ut lapidescat. Haec Abulfeda (*n*).

3) Urbis Lisboa descriptione absoluta addit Edrisius (*o*)

n) كارسش, non succurrat memoria huius loci.

i) اوربہ Estne Orjiva — vid. BÜSCHING p. 238.

k) vid. EDRISII Africa p. 11 sq.

l) v. Clima *Belâta*; SIONITA p. 156.

m) vid. EDRISII Africa p. 34. 133. ac Ind. s. v. *Aurum*. cf. HERBELOT v. *Tebr*.

n) ABULFEDA p. 117. vers. p. 222. et p. 132. vers. p. 226.

o) vid. infra Clima *Belâta*. SIONITA p. 138. Libri, cl. CONDE diu aegre desiderati (cuius titulum vid. Edris. Hisp. Part. II. p. 30.) tandem copiam mihi fecit Ill. S. DE SACY, vir immortalis memoriae. Uni huius libri auctori plurimum debeo. Sunt procul dubio, quibus ad manus non est, iis ipsa auctoris verba excerpam. Caeterum continet Geographiae Edrisianae Climatis quarti sectionem primam et Climatis quinti sectionis primae eam partem, quae de Hispania exponit. Textui arabico,



ea „quae ab incolis hujus urbis aliisque bene multis Algar-
 „biae colonis relata accepit, inter urbes Lisboa nimirum et
 „Schanterin situm esse campum, qui Balata vocatur, in quo
 „frumentum quadragesimo ab jactis seminibus die colligitur
 „et quidem mensura centuplicata.“ Secundum Abulfedam
 habet urbs Lisboa hortos et fructus, qui aliis alibi prove-
 nientibus praeferuntur, et Schantara urbs, quae ejusdem
 ditionis est, poma fert stupendae molis et excellentissima (p).


Laudat Edrisius „agrum Moruedro, frugiferis arbori-
 bus consitum et aquis manantibus irriguum“ ac consentien-
 tem sibi habet recentioris geographiae scriptorem facile prin-
 cipem, Bueschingium (q).

Concelebrat idem Edrisius „arva urbis Valentiae, flu-
 „mine bene irrigua, nec minus hortos et viridaria ad ripas
 fluminis consita.“ Ornat urbem hanc multis laudibus Abul-
 feda, Cincta est, inquit, rivis et hortis; nil ibi videas

quem ex editione Medicaea recudi curavit cl. Conde, respondet e
 regione versio hispanica, si judicare licet, satis fida. Textum se-
 quuntur inde a p. 130 — 32 notae varii generis maximam partem
 historici et geographici argumenti. Jam Verba cl. CONDE ad h.l. p. 210
 haec: *Campo-Velata*, Campo de Vellada feracissimo: en español se
 conserva la *الخص* *alfos*, que propiamente significa *sitio cultiva-*
do, habitado.

p) ABULFEDA p. 148. vers. p. 230.

q) v. *Clima Morbeter (Moruedro) SIONITA* p. 160, BÜSCHING p. 302. ..
 Murviedro in einer sehr fruchtbaren Gegend.



praeter aquas scaturientes, audias nihil nisi cantillantes aves ... undecunque egrediaris foras, non offendas nisi loca voluptuosa. Concinit Tamimius (*r*).

Alio loco haec habet Edrisius: „in tractu medio inter „urbes Giaën, Basta et Vadi Asch multa extant castella populosa incolis civibusque referta soli fertilitate et frugibus „quam plurimis, quas etiam aliis dispensant, luculentissima.“ (*s*) Auctoritatem suam Edrisio addit Abulfeda, quo teste territorium Giaën fontibus, fructibus et serico abundat (*t*).


„Inter castella ad radices montis Schalir Nivium (*u*) „extracta est Farira, unde nuces Fariranae.“ Ita Edrisius.

r) v. *Clima Moruedro SIONITA* p. 160. *ABULFEDA* p. 136. vers. p. 227. *TAMIMI* p. 163 sq. vers. p. 11. ubi: Valencia in einer fruchtbaren Gegend und einem vortrefflichen Klima. Die Spanier rühmten sonst die spanischen Spezereyen, diese werden hier mit verschiedenen Arten wohlriechender Kräuter in Bündeln gebunden. Man nimmt dazu Narzissen und Myrrhen, nebst mehreren Arten Rauchwerk. Valencia hat seinen Nahmen von den vielen Obstbäumen und dem Weine. Quibus add. BÜSCHING. p. 301.

s) vid. *Clima Albuscherat. SIONITA* p. 164. Verba Edrisii لها خصب وغل نافتا كثرة vertit CONDE p. 89. y en ella ferias de frutos y bestias en abundancia. Vereor ut mentem Edrisii sit assecutus. Loco vocabuli ذنابو, quod textus exhibet, ذنابو idem rescripsit.

t) *ABULFEDA* p. 133. vers. 227.

u) Vid. Part. I. p. 27. et adde notam Cl. CONDE (p. 225.): *Gebal Salir de la Nieve*, ahora *Salar* en partido de Loxa. P. 89. vertit; *Hism Farira*, del que toman nombre las nueces.



„A Castello Schodrz nomen habet Chalat schodzeri-
cum.“ (v) Haec Edrisius.

Ex Abulfeda eiusdemque urbium descriptione huc trans-
ferre liceat, quae praeter ea, quae paullo ante retulimus,
de soli fertilitate passim adnotavit. „Solum Dschesira al
Chadra frugibus ferax; extra urbem sunt aquae curren-
tes nitidique horti. Urbis Tudela solum frugibus commo-
dum. Mursia urbs multitudine locorum amoenorum et
hortorum similis Seville. *Denia* urbs abundat bonis. Vi-
ridaria *Saragossae* urbis sunt quasi gemmis et unionibus
picta et striata. *Granata* urbs habet arbores fructiferas
aquis irriguas ad duorum dierum iter; ejusque ditionis urbs
Baja gaudet croci et uvarum ubere proventu. *Ubedah* ab-
undat croci proventu. *Bajaschah* dives satis et praesertim
croco, qui quaquaversum divehitur. Regnum *Malakah* gau-
det copia ficuum et amygdalarum. *Toletum* cingunt vnde-
cunque arbores; ibi quoque crescit malum punicum (*Dschol-
nár*, balaustium): aequat fere mole malum granatum aliorum
locorum. Arbores eadem ibi varios proferunt fructus. In
insula *Kades* sunt multae vineae et horti. —

Ad Edrisium revertor.

v) *Chalat Sodericum*, interprete SIONITA (p. 164) est herbae genus acido
lacte saleque conditae; CONDE autem p. 226 haec habet: el chalat
es el xugo de la grana *kirmiz*, que servia para tintar el color *car-
mesi*, o *carmesi* que decimos ahora: tambien es árabe el de *iscarlat*
ó *escarlata*. Quae sit interpretatio verior historiae naturalis periti
videant.



4) „In monte cui impositum vides castellum Kischata
„caeduntur ligna ad conficiendas paropsides s. pelves lig-
„neas.“ (w)

„Papyrus praestantissima et incomparabilis conficitur
in urbe Schabeta.“ (x)

„Sericum extrahitur ex urbe Giaën et pagis illis sex-
„centis qui ad provinciam Albuscharat referuntur.“ (y)
Abulfeda autore abundant serico urbs *Giäen* et Castellum
Schanasch; eodemque teste in *Almeria* sericum elaboratur,
quod alibi factum excellit. (z)

Urbs *Maredah* res officinis suis confectas, quibus excel-
lit, longe lateque dimittit. Observatio est *Abulfedae*. (a)


w) vid. *Clima Albuscharat*. SIONITA p. 164.

x) Vid. *Clima Argira*. SION. p. 160. CONDE p. 69. vertit: y se hace en ella papel, que no se hallará mas preciosa.

y) Vid. *Clima Albuscharat*. SIONITA p. 152. Textus editus exhibet:
يَتَخَذُ بِهَا الْكِرْمِيسَ CONDE p. 31 habet يَتَخَذُ vertitque: y se hallam muchas fuentes. Displicet haec versio; ac الْكِرْمِيسَ h. l. sericum sonare constanter affirmaverim. ABULFEDA p. 133 eodem utitur vocabulo الْكِرْمِيسَ et ejus interpres (p. 227.) versionem meam sua autoritate firmat. Cf. praeterea BÜSCHING p. 237. qui de incolis regionis montosae, las Alpujarras dictae, inter alia refert, quae sequuntur: . . . die sich auch stark auf den Seidenbau legen, also daß in dem ganzen übrigen Granada nicht so viel Seide gewonnen wird als auf diesem Gebürge.

z) ABULFEDA p. 133, et 125, vers. 227. et 224.


a) p. 128, vers. 223.



5) Monetarum ab urbibus ac principibus Arabum excusarum, quarum maxima est copia (b), apud autores varios frequens commemoratio, nulla vero, ut videtur, apud Edrisium. Quae enim leguntur apud Cl. Conde „Xateba es ciudad hermosa, y tiene Alcazaba, y se bate en ella mithkal hermosa y acendrada“ non sunt verba Edrisii, sed interpretis, textum editum, quem pro corrupto habet ac omnino sensu carente, corrigentis, proque المثل (minime المثل) vocabulum المثل reponentis. (c) Conjectura alias, ut libere animi sensa declarem, facilis est eaque bona, nec omnino animus mihi fuit contra eam pugnare, quae enim infra, nota c leguntur, dicta sunt, ut demonstraretur, non omnino sensu omni carere lectionem vulgatam.

Paucula haec Edrisius.

- b) e. g. Götting. gel. Anzeig. St. 175. 1810. p. 1740. ubi legimus verba, quae sequuntur: „Es nimmt Wunder, was für eine Menge unbekannter selbst in keinem Schriftsteller und Geographen erwähnte Städte in Spanien gewesen ist, von denen Münzen vorhanden sind.“
- c) p. 68. 69. et p. 214. . . decia Mithal مثال que nada significa. Textus editus inquam non مثال exhibet, sed المثل vocabulum, quod, ut nemini non notum, inter alia, proverbium, adagium significat, et phrasis: يضرب بها المثل commode verti potest: ut proverbii locum obtineat. Vocabulum enim non solum notat *cadere* mometas, sed et *formare*, *dicere* adagium, parabolam. Exempla quidem in promptu sunt, iis autem, ut in re notissima, non opus. Sionita hoc ipsum videns, vertit: Sateba autem urbs est venusta haecque oppida tam pulchra et munita, ut proverbio circumferantur.



§. 6.

Topographia.

Majorem laudem merentur Edrisii descriptiones provinciarum, urbium, oppidorum et castellorum, breves illae quidem sed diligentes tamen. Dividit, pro ratione situs, omnem Peninsulam in duas partes, in Hispaniam, sive meridionalem, et in Kaschtalam sive septentrionalem. Ait nimirum (a): „Quod est ultra montem *Scharat* (b) in plaga meridionali, vocatur Hispania, et quod a plaga septentrionali, „citra eundem montem continetur, appellatur Kaschtala.“ Vtramque partem in Climata s. provincias distribuit. Ab Oceano initium facit. Nomina harum provinciarum fere haec quae sequuntur:

I. „*Clima Baheirae*, s. provincia maritima. A mari „tenebroso (atlantico) exordium sumens extenditur cum „mari Schami (mediterran.) ac comprehendit urbes Dsche-

a) EDRISI Cl. IV. Sect. I. p. 6 sq. Vers. SIONITAE p. 152 sq.

b) Vid. Part. I. p. 23 sq. Vtrum autem haec divisio tum generalis, tum sequens specialis in Climata, quam exhibet Edrisius, ipsius tempore obtinuerit, an ab illo ex antiquioribus Geographis arabicis sumta sit, definire nequeo. Distributionem generalem Abulfeda, loco laudato excitatus, quoque exhibet; in descriptione urbium suam sequitur methodum, nemini non notam. Tamimi recenset primo urbes oppidaque quae sub ditione Christianorum sunt, deinde commemorat urbes et castella, quae ipsius tempore Moslemis obtemperabant. P. 162 Kaschtala occurrit, tanquam provinciae nomen.



„sira Tarif, Dschesira al chadra, Dschesira Kades, Hesn
 „Arcosch, Beca, Scharisch, Taschena, Medina Ebn Salam
 „ac castella bene multa urbibus nequaquam inferiora.“

II. „*Clima Schaduna* climati (c) Baheirae contermi-
 „num est a septentrione habetque urbes Medina Ischbi-
 „lia, Medina Karmuna, Alschana et castella compluria.“

III. „*Clima Alscharf* huic adjacet, conclusum inter
 „Ischbiliam, Liblam et mare tenebrosum, quo comprehen-
 „duntur ex locis munitis Hesn al Kasr, Medina Libla, Wel-
 „ba, Dschesira Schaltisch, et Dschebel al Ojun.

IV. „*Clima Canbania* huic adjungitur, complectiturque
 „urbes Kortoba, al Zahra, Asidscha (d), Biana, Kabra, et
 „Elisana (e). Provinciae Canbania adjacet

„V. *Clima Oschuna*, quo nonnulla continentur castella
 „populosa, urbibus paria, cujusmodi sunt Lora et Oschuna.
 „Clima est parvum.“

VI. „*Clima Ria* huic adhaeret a meridie, ubi istae
 „conspiciuntur urbes, nempe Medina Malaka, Arschidu-
 „na (f), Mortela, Beischer (g), Beschcezâr, ac multa prae-
 „terea castella. Huic climati conterminum est

c) Apud CONDE p. 28. l. 2. mendose اقلسيم pro اقلسيم

d) Text. edit. exhibet واسجا CONDE l. c. واسكا

e) Text. edit. ايسانہ CONDE l. c. ايشانہ

f) Text. edit. وار شدونہ CONDE l. c. وار شدونہ

g) Text. edit. بيشتر CONDE l. c. بيشتر et p. seq. loco ويتلو

CONDE reposuit : ويتلوہ



„VII. *Clima Albuschârât*, continens urbem Giaën
 „(Dschajen), castella quam plurima et pagos ultra sexcen-
 „tos, e quibus extrahitur sericum (*h*). Hoc attingit

„VIII. *Clima Bedschaja*, in quo habentur urbes Al-
 „meria, Berdscha, cum castellis quamplurimis, inter quae
 „sunt Marschena, Burschena, Tudschala, et Belesch (*i*).
 „Confine est huic climati a meridie

„IX. *Clima al Bira*, quo continentur urbes Granata (*k*)
 „Wadi Asch, Almonkeb, cum castellis et pagis compluri-
 „bus, de quibus infra sermo erit. Sequitur

„X. *Provincia (l) Tadmîr*, ubi extant urbes Mursia,
 „Ojerula (*m*), Kartadschena, Lorka, Mula et *Handscheba-*
 „*la (n)*. Proxima est (provincia)

„XI. *Kuteca (o)*, quae complectitur urbes Auriola,
 „Elsch, Lecant, Kuteca et Schakura. Cui conjungitur

„XII. *Clima Argira*, in quo sunt territoria (*p*) Scha-

h) vid. §. 5 supra p. 7.

i) Text. ed. habet بالش بالاس CONDE p. 31.

k) Text. ed. أغرناطه CONDE أغرناطه ABULFEDA consentiente.

l) EDRIS. utitur h. l. vocabulo كورة provincia, praetura, territorium.

m) Text. ed. واوبرولة CONDE واوبرولة

n) Text. ed. وحنجباله CONDE حنجباله in versione autem *Hange-*
bala reddit.

o) Hoc loco deest aut إقليم aut كورة

p) Textus exhibet من البلاد SIONITA reddit: civitates; CONDE
 Veledes.



„teba, Schukra, Denia, multaque praeterea castella. Cum
„hoc climate connectitur

„XIII. *Clima Murbeter* continetque territoria Balensia,
„Murbeter, Buriena (*q*), ac castella quam plurima.

„XIV. *Clima Alkaratam* climati Murbeter proximum
„est ex inferiore parte, in quo sunt territoria Alfani (*r*)
„et Sant Maria, quae ab Ebn Razin denominationem sumit.
„Annectitur huic climati

„XV. *Clima Alvaldscha*, quo comprehenduntur terri-
„toria Seria, Meja et Kalaa rabâh. Conterminum est

„XVI. *Clima Albilalta*, in quo multa insunt castella,
„inter quae praestant magnitudine Betrûs, Gâfek et Hesn
„Ebn Haron, aliaque iis minora. Confine est huic cli-
„mati ab occasu

„XVII. *Clima (s) Alfegar*, intra cujus ambitum depre-
„henduntur territoria Sant Maria, Mertela, Schelb cum plu-
„ribus castellis et pagis. Hoc sequitur

„XVIII. *Clima Alkasr*, quod nomen habet ab Âben
„Abi Danes continetque Jabora, Batalios, Scherischa, Me-
„rida, Kantara al Seif, et Kuria. Huic proximum est

q) ودر پانڈة sic recudi curavit CONDE; textus edit. literam penultimam
sine punctis dedit.

r) Text. ed. الغننت CONDE reposuit الغننت SIONITA quoque reddit
Elicante.

s) Apud CONDE p. 32. lapsu typothetarum est اقليم pro اقليم

„XIX. *Clima Albelád*, complectens Medina Albelád et
„Medelin. Accedit ad hoc

„XX. *Clima Beláta*, in quo habentur Schanscherin,
„Oschbuna (*t*) et Schintera (*u*). Huic continuum est

„XXI. *Clima al Scharat*, intra cuius limites sunt Ta-
„labera, Tolaitela, Madschalit, Alkahemiin (*v*), Vadi al-
„hadschera, Aklisch et Ubedah (*w*). Huic adjacet

„XXII. *Clima Arlit* possidetque territoria Kalaa Ajub,
„Kalaa Daruca, Medina Sarakosta, Veschka et Tutila.
„Hoc excipit

„XXIII. *Clima Alzeitun*, quo continentur Dscháka,
„Lerda, Macnása et Afraga. Conterminum est

„XXIV. *Clima Albertét*, continetque Tortuscha, Tar-
„kuna et Barscheluna. Coniunctum est cum hoc climate
„ab occidente

„XXV. *Clima Marmarbara*, in quo reperiuntur castel-
„la quaedam desolata, in partibus mari vicinis, vt Hesn
„Taschcer, Kestali et Kenanda. — Quae climata omnia hi-
„spanica sunt ac simul sumta Andalusia vocantur.“

„XXVI. *Terra (بلان)* s. *territorium Dschalikia (x)*

t) Text. ed. أشبونة CONDE, لشبونة, male.

u) Text. ed. وشنترة CONDE, وشنترة

v) واقيبين literae antepenultimae subscripsit CONDE duo puncta;
textus editus sine punctis eam exhibet.

w) Text. edit. ووايدة CONDE ووايدة

x) EDRIUS Cl. V. Sect. I. p. 1. SIONITA p. 215.



„et *Kaschtala*. Climatis quinti pars prima complectitur
 „partem plagae septentrionalis Andalusiae, Terram scilicet
 „Dschalikia et partem *Kaschtala* (*y*) partemque *Gascheunia*
 „de Terra Francorum. In terra *Dschalikia* sunt *Schekubia*,
 „*Liuria*, *Burgosch*, *Bêhra*, *Lecraua*, *Kastila*, *Bont Lerina* (*z*),
 „*Banblona*, *Sant Mâria*, *Dabelia*, *Sant Guliana*, *Sant Biter*,
 „*Sant Aberdam*, *Sant Schalbatur*, *Dulbira* et *Biona*.
 „XXVII. *Terra Bortekdl*, ubi habentur *Medina Ko-*
 „*lamria*, *Mont Major*, *Nadschan*, *Sertân*, *Schalmanka*, *Samura* et *Abula*.

„XXVIII. *Terra Heikal* continetur *Suli*, *Tutula*, *Vesch-*
 „*ka*, *Dschaka* et *Kalahora*.“ Quibus tandem adjungere placet

XXIX. „*Insulas Maris mediterranei* *Majorka*, *Minorka*,
 „*Jabesah*.“

Jam his praemissis de singulis climatibus dispiciamus.

Primum igitur juxta traditum ordinem se aperit

I. *Clima Baheirae* إقليم بحير

s. provincia maritima.

A) *Praemonenda*. „Exordium sumit *Clima mariti-*
 „*mum* a mari tenebroso (atlantico) et cum mari *Scham* (me-
 „*diterraneo)* extenditur; continet urbes *Gezira* (*a*) *Tarif*,

y) Pro *ذصنم* CONDE p. 103 exhibet *ذصنم*

z) *كربنغ* puncta adscripsit CONDE.

a) *Gezira*, aut si velis nostris literis appellationem nominis arabici quo-

„Dschesira al chadra, Dschesira Kades, Hesn Arcosch, Beca,
„Scharisch, Taschena, Medina Aben Salam ac bene multa
„castella, urbibus nequaquam inferiora.“ Hoc clima ergo
constat partem esse regni Sevillani, s. el Reyno de Sevilla,
quod hodie vocant; cujus reliquas partes Climata, quae
sequuntur, Schaduna, al Scharf et Oschuna constituunt.
Abulfeda autore regnum Sevillanum est in occidente regni
Kortobensis. Ejus longitudo ab occidente, ubi fluvius Se-
villae exit in oceanum versus orientem ad superiora fluvii,
versus regnum Kortobense, sunt quinque diaetae ferme.
Idem regnum Sevillanum in nomos describit. Sevilla, inquit,
habet nomos plures, in ripa sui maximi fluvii meridionali
sitos plurimos, in septentrionali paucos. Ad hos pertinent
N. Arcos, N. Scharisch, N. Dschesira Tarif, N. Dschesira
al chadra, N. Ronda, N. Schaduna, N. Karmuna, omnes in
fluvii ripa meridionali. In septentrionali fluvii litore habet
duos nomos, quorum insignior est nomus Utenah (b).

B) *Topographia.*

1) „Dschesira Tarif, جزيرة طريف urbs parva, sita
„ad mare mediterraneum et quidem ad initium ejus freti,
„quod Alzokak (c) appellatur. Scilicet extrema ejus parte,

dammodo imitari *Dschesira*. In sequentibus, ubi: ٧٥ ج Arabum
occurrit, per *dsch* expressum exhibebimus.

b) ABULFEDA p. 111. 122. vers. 219. 223.

c) De hoc freti plura vid. EDRISSII Africa p. 7. CONDE p. 141 نرقاق
inquit, y lo mismo نرقاق y تنقاف son angostoras, estrechuras,




„qua spectat Orientem, sita est urbs Dschesira al chadra;
 „in altera vero extremitate, quae spectat occasum, urbs,
 „quae vocatur Dschesira Tarif. Oppositus est huic urbi
 „ex altero maris litore portus al Kasr, qui a Masmuda no-
 „men accepit (d). Latitudo maris inter Dschesira Tarif et
 „Kasr Masmuda ad 12 miliaria accedit (e). Caeterum ha-
 „bet urbs Tarifa ex adverso sui duas insulas, parum a con-
 „tinente remotas, quarum una dicitur Alkantir (القانتير) (f).“

todo de *וקיק* comprimis estrechar, poner en estrecho etc. cf. idem
 p. 149. *بحر من قنات* ergo verti potest *mare angiporti*.

d) Vid. EDRISII Africa p. 180. et CONDE p. 142 qui reliquas quoque
 tribus celebriores Barbariae hac data occasione recenset.

e) Cf. TAMIMIUS p. 160. vers. p. 9. Bekanntlich, ait interpr., wird Spanien
 von dem römischen (i. e. mediterran.) und dem Ocean (loco *اقنابيس*
 procul dubio legendum *اقبيانس*) umgeben, die sich am Ufer bey
 Sabta (hod. Ceuta) vereinigen, worauf der Kanal enger wird, und
 die beyden Küsten sich einander nähern, bis er an die Festung
 Masmuda an der Küste und Dschesira Tarif in Spanien kommt und
 sich zu erweitern anfängt. Dieser Kanal fängt an bey Tandscha
 (Tanger) dem Berge der sich in den Ocean, unter dem bekannten
 Namen Cap Spartel (*طرف اشبیرنال*) erstreckt, und sich in dem
 Berg, der auf der Ostseite von Sebta liegt, endiget. Wenn man
 also von Sebta nach Spanien reist, so steigt man aus bey der Stadt,
 die Alchezira elchadra (die grüne Insel, Algeziras) heisst. Wenn
 man aber von der Festung Masmudah absteigt (reist), so kommt man
 nach der Insel Tarif. — In Edrisii verba commentaturus scripsisse
 videtur Tamimius.

f) Forte *القانتير*, lingua vernacula, *Brückeninsel*. CONDE verba




Abulfeda non nisi de *una* insula loquitur. Ait nimirum (g): „Tarif, urbs parva, quae in conspectu insulam habet in mari, vulgo insulam Tarif appellatam, de aliquo Tarif liberto (vel officiali) Omniadarum.“ Idem, Tab. Vta, quae insulas maris mediterranei et oceani occidentalis exhibet (h), „in freto Gaditano, inquit, est insula Tarif; est autem Tarif oppidulum hispanicum, a quo nomen habet opposita ipsi parva insula.“ Tamimius insulas omnino silentio praetermittit; Dschesira Tarif enim, de qua loquitur, illi non est insula, sed urbs parva, ab Edrisio atque Abulfeda quoque commemorata. Edrisius constanter duas esse insulas affirmat; unam vocat Alcantir. — Altera ergo ad mentem Abulfedae Tarif compellenda? Interrogo; nihil definitio. Caeterum urbs parva Dschesira Tarif est certe illa, quae apud veteres Julia traducta, Julia Joza, apud recentiores Tarifa aut Tariffa audit. (i)

Edrisii *تسني احداها القننيس* reddit: *ambas* llamadas Alcantir, et ad illustrandum hunc locum addit p. 201: Alcantir es de la Puentes *Islas* Alcantir entre Terifa y Algeciras; tal vez *τας νησιδας τας προς τω πορθμω*, que menciona Estrabon. Oppórtune quidem Strabonem laudat Conde, mentem Edrisii autem, si recte video, dissimulat.

g) p. 112. vers. p. 220. Addit: Nomum Tarif etiam recensuimus inter nomos Sevillanos australes.

h) p. vers. p. 231.

i) cf. e. g. BüSCHING p. 257. . . . eine Stadt an der Meerenge mit zwey Häfen und einem guten Castel . . . etc.



2) „ *Dschesira al Chadra* الجزيرة الخضراء (insula viridis)
 „ urbs sita in extrema parte maris Zokak, quae spectat orien-
 „ tem, e cujus regione in altera parte est urbs Sabta (*k*). La-
 „ titudo maris inter Sabtam et insulam viridem est 18 milia-
 „ rium.“ Ea omnia, quae de expugnatione hujus urbis enar-
 „ rat Edrisius, jam alio loco relata sunt (*l*); quae autem refe-
 „ renda restant, sunt fere haec: „ Urbem hanc, inquit, inter-
 „ secat fluvius, Nahar alasel (*m*) vocatus, cujus aqua dul-
 „ cis ac potum civibus administrat. Inter montem Tarek
 „ [in cujus viciniis Mersa al sadschra (*n*)] et Dschesira al
 „ Chadra 6 intersunt miliaria (*o*); ab urbe Malakah inter-
 „ vallo 5 dierum s. 100 miliarium distat; totidem ab urbe
 „ Ischbilia (*p*).“ Abulfeda urbem hanc multis nominibus
 laudat. Urbs est, ait, e regione Sabtah, in continente Hi-

k) Pulchre conveniunt ABULFEDA p. 123. vers. p. 223. et TAMIMI; vid. not. praeced. f.


l) vid. Part. I. p. 10.

m) vid. Part. II. p. 17. CONDE p. 201 „rio de la mel, por la dulzura de sus aguas.

n) مرسى الشجر *CONDE* p. 202 puerta de la Arboleda [nobis: *Baumhafen*]. Mihi ignotus. ABULFEDA l. c. portus urbis Dschesira al chadra, inquit, est accommodatissimus ad trajectum. „Estne idem portus? subdubitaverim. Ex situ colligo, esse aut portum S. Mariae aut portum regium (Puerto de S. Maria. Puerto real.): ambo enim in viciniis siti.

o) Vid. Part. I. p. 22 sq.

p) De Malakah vid. *Clima Ria*; de Ischbilia, *Clima Schaduma*.



spana australi, puri salubrisque aëris, amoena, media inter urbes maritimas. Muri ejus imminent mari. Ibi est amoenus locus (s. villa), imminens fluvio simul et mari, [a conditore, ut videtur] Hadschebiah dictus. Eodem pertinet aliud delictum, al Naka (seu purae arenae) dictum. Saidides, ab Abulfeda laudatus, pulchre concinit. Est, inquit, urbium excitatissima (q), elegantissima, incolis suis mollissima, et quae ipsis bona maris atque continentis omnia simul exhibet, uberrima. — Hodie Algeciras vocatur (r).

3) *Dschesira Kádes* جرديرة قادس Vrbs est in parte occidentua insulae, ejusdem nominis, parvae, sita, olim hodieque clarissima, Cadiz vocata (s). Arabes mei vix quidquam praeter nomen habent. Edrisio autore „ ab Alkanater distat „ intervallo 6 miliarium; ab urbe Schaltisch 100 miliarium; „ a Dschesira Tarif 63 et a Scharisch spatio 12 miliarium.“

De insula cognomine refert Abulfeda, loco supra nota h excitato, ex Saidide, quae sequuntur: Kades est parva in-

q) REISKE ad h. l. „In Arabico, ait, est vocabulum *أرشيف*, quasi dicas *είσοχαράνη*, similitudine ducta a sagittis, quae et celerrimae et altissimae feruntur. Videtur significare, nullius urbis Hispanae incolis ingenium esse tam excitatum, iudiciumque tam acre atque sit incolis Algezirae.“

r) Cf. BÜSCHING p. 258. CONDE p. 169 „isla verte, ó de la Verdura; ahora de las Palomas, delante de Algeziras.

s) Vid. BÜSCHING p. 251 sq. CONDE p. 169 sq. de insula Gadir גריר copiose verba facit.



sula, longa duodecim ferme miliaria (*t*), opposita Kasr el Magazi (s. arci trajectus) e regione ostii fluvii Sevillani, in Oceanum exeuntis. In ejus mari a tractu terrae, unde ad eum trajectus fit, sunt monumenta aedificiorum et aquae ductus, per quem aqua dulcis e continente per mare traducebatur in insulam. Ejus longitudo aequalis longitudini Tandschae et est in Oceano occidentali prope fretum Gaditanum.“

4) „*Arcosch* اَرَكُوشِ حَصْر castellum. Praeter nomen nihil quicquam apud Edrisium invenio. Secundum Abulfedam ad nomos Sevillanos pertinet. Est veterum Arcobriga; hodie vocatur *Arcos*, et adjectum habet cognomen *de la Frontera* (*u*).

5) „*Beca* بَكَا“ Pariter nobiscum nil nisi nomen communicavit. Sionita *Vacca* transtulit; cl. Conde conjicit esse *Vejer de la miel*, oppidum, quod, si recte video, a *Büschingio* *Vegar de la Frontera* vocatur (*v*).

t) Concordat excerptum geographicum, quod una cum Abulfedae Tabulis quibusdam publici juris fecit b. RINCK; vid. p. 154 ubi legimus: *Rades* insula in occidente Hispaniae, haud multum a continente remota, longa 12 miliarium.

u) ABULFEDA p. 111 vers. p. 219. CONDE p. 170 fuerte de *Arcos*, conserva, inquit, el nombre de *Arcos*, cerca de Xeres sobre el Guadalete. Vid. BÜSCHING p. 251.

v) CONDE p. 170 *Beka*, inquit, es *Vejer de la miel*, sobre *Nahr Barbet*, que decimos *Barbate*, باربَات la antigua *Mellaria*, como si *Vejer*



6) „Scharisch شَرِيش (w). Ab urbe Karmuna ad Scharisch de nomo (x) Schaduna, habentur 3 stationes; ab urbe Ischbilia ad Scharisch, 2 grandes stationes; a Scharisch ad insulam Kades 12 miliaria et ad Alkanater 6 miliaria.“ Est Scharisch Edrisii urbs illa celebris, quae hodie vocatur Xerez de la Frontera (y).


fuere Abejer. BÜSCHING p. 257 Vegar de la Frontera, inquit, ein Flecken, am Fluss Barbate, unweit der Meerenge etc.

w) SIONITA exhibet „Sabrissa (forte Nebrissa).“ Textus editus autem neque سَبْرِيش prodit, neque شَرِيش, sed manifesto h. l. et in sequentibus constanter شَرِيش, consentiuntque Abulfeda atque Tamimi. De lectionis probitate ergo nullum dubium.

x) Supra (p. 10) Climati maritimo urbem Scharisch contribuit Edrisius, nunc sibi ipse contradicit et nomi Schaduna urbibus accenset. Abulfeda certe ad hunc nomum refert; ait nimirum: „Scharisch est urbs venusta, tam extus quam intus; est in nomo Schaduna, ad oceanum in austro fluvii Sevillani.“ Voluit fortassis Edrisius duplicem innuere urbem Scharisch, alteram ad provinciam maritimam, ad clima Schaduna alteram referens. Quod autem cum veri paullo dissimilius sit, malim transpositis nominibus contradictionem remove. Legendum itaque: Ab urbe Scharisch ad urbem Karmuna, de nomo Schaduna etc. Karmuna urbem Edrisius ad Schadunae provinciam refert.

y) vid. BÜSCHING p. 251: Xerez de la Frontera, ait: eine große Stadt in einer Ebene, eine Meile vom Fluss Guadelete. . . . Im Jahr 712 fiel in der Gegend derselben die berühmte Schlacht zwischen den Gothen und Arabern vor, darin jene geschlagen wurden. Cf. CAR-
DONNE Gesch. von Africa u. Spanien etc. T. I. p. 57. Digna imprimis





7) „*Taschena* طشانه“ in sequentibus non occurrit. Cl. Conde autore est *Tocina*, urbs olim illustri laude celebrata (z). *Buschingio*, ni fallor, ignoratur.


8) „*Medina Aben Salam* ابن السليم“ In sequentibus hujus quoque urbis nulla fit mentio, nisi forte volumus statuere, *Medina Aben Salim*, quam obviam habet qui *Dschesira al Chadra Ischbiliam* proficiscitur, unam esse eandemque urbem. Sic certe statuisse videtur cl. Conde (a), cui conditor hujus urbis *Ben Salam Cordubensis*.

9) Continet denique hocce *Clima* „plura castella, urbis nequaquam inferiora“ Equidem doleo non adscripsisse *Edrisium* eorum nomina. Dubius itaque haereo, contribuamne huic climati oppida, castella etc. quae obvia habet, qui aut mari aut terra ab urbe *Dschesira al Chadra Ischbiliam* proficiscitur (vid. C.)

sunt lectu quae de hac pugna nobiscum communicavit CONDE p. 171 sq.

z) CONDE p. 173. *Taxena*, inquit, es *Tocina*, poblacion antigua y de consideracion en tiempo de los Reyes Abaditas sobre *Guadalkivir*. Damno ergo, quam quondam margini adscripseram, conjecturam: „forte *طريسانه* aut *طريشانه* vel adeo *طريانه* vid. ABULFEDA p. 113.”

a) Ad *Medina Aben Salama* nimirum observat p. 173: ciudad de *Ben Salama*, acaso será *Grazalema*: hubo un célebre Visir en *Cordoba* que se llamaba *Ben Salama* acaso el fundador de este pueblo” . . . et ad *Medina Ibn Selim* p. 204: „*Ben Selim*: antes la llamó de *Ben Selamá*: me parece que puede ser *Grazalema* corrupcion de *Caria - Zalema*.”

C) *Hodogia.*

1) *Iter a Dschesira Tarif ad Dschesira al chadra.*
„Inter Dschesira Tarif et Dschesira intercedit spatium 18
miliarium. Egressus enim ex urbe Dschesira Tarif deve-
nies (Edrisio duce ac comite) ad Vadi al nesa (b) amnem
fluentem indeque ad Dschesira al Chadra.“ Intervallum
idem, forte ex Edrisio desumptum, exhibet Tamimius (c).

2) *Iter a Dschesira al chadra ad urbem Ischbilia.*
„Duplex patet iter ab urbe Dschesira al chadra Ischbiliam,
alterum maritimum alterum terrestre.“ De navigatione
maritima vid. Tamimi (d).

a) *Navigatio maritima.*

„Ab urbe *Dschesira al Chadra* ad
Arramâl, الرمال, seu loca arenosa, quae in mari cer-
nuntur (e) indeque ad
Barbate (f) fluminis ostium habentur 28 miliaria; ad


b) Vid. Part. II. p. 17. Conde p. 201. *Wadil- l Nisâ* ó *Wadil-Nesa*,
inquit, *rio de les Muges*; en esto rio dice que entra otro, acaso
este será el que llaman *Guadamexi*, m pro n.

c) TAMIMI p. 161. vers. p. 9. „Eine arabische Meile ist ungefehr einer
Russischen Werste gleich.“ Verba sunt Interpretis Tamimi. Cf. EDRI-
SII Africa p. cxx.

d) Tamimi p. 170. vers. p. 15.

e) CONDE p. 202. *Arramla*, inquit, los Arenales, Arenas gordas.

f) Vid. EDRI-SII Hispan. Part. II. p. 16. CONDE l. c. *Barbâte*, inquit,
ó *Barbêt* donde entra el rio de Vejer, et p. 204. *Barbet*, ahora rio
Barbate.




„ *Beca* (g) fluminis ostium, 6 miliaria; tum ad fauces
 „ *Sant Biter* سنن بيطر dictas (h) 12 miliaria; inde ad
 „ *Alkanater* القناطر (i), pontes, quos fretum, 6 mi-
 „ liaribus in latitudinem porrectum, separat a Dschesira
 „ Kades, quam prospectat, 12 miliaria; inde ad
 „ *Rabeta Rota*, رابطة روت (k), 8 miliaria; deinde
 ad

g) Vid. l. c. addeque, si placet, notam cl. CONDE: Nahr-Beka, el río de Vejer, Mellaria, como si Vejer se hubiera dicho de Abejar.

h) Sant Biter est procul dubio *San Pedro*, insula, de qua BÜCHINGIUS inter alia tradit, p. 257 quae sequuntur: San Pedro eine Insel in der Mündung des Canals, über welchen die Suazo Brücke gebaut ist. CONDE p. 202 San Biter, inquit, San Pedro.

i) Estne *Puente Suaco*, quo opitulante insula Kades continenti nectitur. Forte per excellentiam Alkanater dictus. De hoc ponte dixit BÜSCHING p. 251. quem legi velim. Aliter Conde p. 202 ubi haec leguntur: *Alcantir* por ق en vez de ط (?) *Alcantaras*, puentes los de Mayorga Guadaramque y Palmones. واد الرصك Wadarramque rio de las Yeguas.

k) SIONITA vertit . . . ad speculam Rotae. Noli credere, eum loco رابطة aut رابطة aut رابطة legisse emandavisseve; vocabulum ipsum رابطة seu, ut verius exhibet CONDE p. 202, رابطة commode per speculam verti potest. Rabeta enim, teste eodem, propriamente es fuerte de frontera; porque Ribata y Ribete eso significa. Addit idem: en España hay pueblos con este nombre Ribata, Ribota etc. Caeterum dubio vacat, Rubeta Ruta Edrisii hodie esse oppidum *Rota*, castello munitum, de quo BÜSCHING p. 250. Rota, inquit, ein Flecken gegen Cadiz über und an einem davon benannten Meerbusen . . . hat ein Castel.




„ al Masadsched *المساجد* (l) 6 miliaria. Hinc ad-
scendes flumen ad
„ Tarbeschana *طربشانه* (m) portum, pergesque ad
„ al Otof *العطوف* (n) indeque ad
„ Kabtur *قبتور* et Kabtal *قبطال* (o) duo oppida, in-
tra fluminis alveum condita; deinde ad

l) CONDE p. 202 *Almesguid*, Mezquita, ahora *San Lucar de Barrameda* donde estuvo el templo de la estrella del Alba, que menciona Estrabon: *Το της φασφορος ἱερὸν, ἢ καλοῦσιν λουκεμ δεβιαν Luz diadosa* y con nombre mas conocido *Luciferi fanum*; y de *Lucifer* ó *Lucer* se dixo *Lucar*. Idem p. 202 *Mesguida* ahora *San Lucar*. Egregie convenit; ad ostium enim fluminis Guadalquivir sita est urbs *San Lucar de Barrameda*, de qua vid. BÜSCHING p. 250.

m) Vid. Edrisii *Hisp.* P. II. p. 4. Primo corrigo lapsum aut librarii aut ipsius autoris mei; l. c. enim, ubi de cursu fl. Guadalquivir sermo, vocabulum *مرسي* male omissum est. Deinde moneo, me nunc conjecturam l. c. lin. 5. propositam, ceu minus probabilem, damnare. Veriora enim me docuit CONDE qui p. 202 *Tarbixena*, ait, ahora *Trebuxena*, del partido de *San Lucar*. Idem p. 222 *Torvixêna*, *Torbixêna*. *Tribuxena*. Buschingius hunc portum non prodit.

n) CONDE l. c. al-Otof esto es, á la revueltas donde llaman las orcas de Guadalquivir.

o) Oppidum siye insulam Kabtur tacet *Abulfeda*; de *Kabtal* autem p. 113 (vers. p. 220) haec habet: Inter praeturas *Sevillae* celebriores est *Kabtal*, insula magna *Sevillae*, apud quam aqua dulcis amplius non est, ob vicinitatem *Oceani*. Praeter necessitatem, ut mihi quidem videtur, lectionis emendationem proponit cl. CONDE (p. 203); *Edrisius* enim bis utitur hac orthographia et *Abulfedam* fere consen-



„Dschesira Jeneschtala *يَنْشَتَالَة* (p); tum ad
 „al Zahar *الزاهر* castellum (q), tum denique ad urbem Ischbilia. Explet autem spatium hoc, quod est a mari „ad urbem Ischbilia iter 60 miliarium.“ (Sion. p. 155) Caveputes, intervallum hoc interjectum esse inter urbes Dschesira al Chadra et Ischbilia; imo spatium inter Tarbeschana

- tientem habet. Verba viri doctissimi haec: Si por *قبطور* *قبطال* y *قبطال* se escribió *قبطور* y *قبطال* *Gaitûl* y *Gaitâl*, que es bien facil, quiere decir el *Tarayzal*: sitio donde nacen tarais: estas son *τα ἐν ταῖς ἀναχυσταῖς, τα ἐν τῷ ποταμῷ νησιδία*, que menciona Estrabon; ahora una se llama la *Mayor*, y otra la *Menor*. — ABULFEDA annuente ergo est *Kabtal Major* *Kabtur* autem *Minor*. In delineatione Hispaniae Lopez-Gussefeldiana invenio ad h. l. *Major et Minor*. Idem CONDE p. 221 breviter *Cabtal* y *Cabtur*, inquit, *islilas de Guadalquivir*. Mappa Homanni ad h. l. habet: la *Marisma*.
- p) Insula mihi plane ignota. SIONITA Janestala effert; CONDE l. c. *Gezirat Instelat*, additque nombre tan depravado que no se puede conocer su origen; ahora la llaman *Isle de la Garza*: Pergit: en estas Maresmas estuvo la ciudad *Astenas* y *Ebura*, pero les avenidas del rio han destruido muchas vezes la superficie. Quod ut curatius demonstraret, verba Strabonis subjunxit regionem hanc circumjacentem describentia.
- q) SIONITA exhibet: Castellum *Zaher* (i. *Floridum*). CONDE p. 204. *Hisn-al Zahra*, castillo de la *Flor*, ó de *Venus*. De nomine hodierno mihi non constat. *Zahara* oppidum, de quo BÜSCHING p. 259 *Zahara*, inquit, ein bemauerter Flecken auf einer Höhe mit einem Castel am Flusse *Guadalete*, soni quidem convenientiam habet, situs autem obstat.

et Ischbilia ad 60 miliaria accedit; Distant ergo inter se itinere maritimo 142 miliaribus.

b) *Iter pedibus conficiendum* hujusmodi est: „ ab urbe „Dschesira al chadra progredieris ad
„ al Rotba الرتبة (r); tum ad
„ Barbate flumen (s); ad
„ Nisana, نيسانة, oppidum (t); ab hoc ad
„ Ibn al Salim ابن السليم, Medina s. urbem (u); ad
„ Dschebel Mont جبل منت (v); tum ad


r) CONDE p. 204. Aretba, inquit, me parece que fué donde Torre de Marques hacia la laguna de la Janda. SIONITA exhibet: „Rotba (Ronda)“ De urbe Ronda certe non cogitavit Edrisius.

s) vid. paullo ante p. 21.

t) CONDE p. 204 loco س habet ش, in ipso autem textu recte س; addit l. c. *Alkeria Nixêna, Ximena*, o cierta poblacion que menciona una antiqua escritura de la Santa Iglesia de Sevilla llamado *Sena*, y otra *Bulca*. Estne Ximena de la Frontera *Büschingii* (p. 257.), oppidum grande.

u) CONDE, ut supra jam observatum est, Medina Ben Selim et Medina Aben Salam pro eadem urbe habet, et cum Grazalema comparat. Vereor, ut recte! Oppidum enim Grazalema iter ab urbe Algeciras Sevillam facienti vix obvium.

v) Vid. Edrisii Hispan. Part. I. p. 24. CONDE p. 204 Gebal-Mont, inquit, en el partido de las *Uteras*; asi como dixéron Mont-Gibelo, por la mezola de lenguas. (جبل scilicet *montem* significat.)



„*Asluca*, عسلوكا, s. *Osluca* (w), oppidum, ad
 „quod divertendum (x); tum ad
 „*al Madain* المدائين (y); ad
 „*Deir al Dschemala* دير الجمالة (z) atque huc etiam
 „divertendum; demum ad urbem Ischbilia, ad magnum flu-
 „men Kortobae sitam, supererit intervallum stationis.“
 (Sion. p. 155).

II. Clima Schaduna إقليم شادونة

A) *Praemonenda*. „Climati maritimo conterminum
 „est a septrione Clima Schaduna, in cuius territorio occur-
 „runt urbes Ischbilia, Karmuna, Alschana ac castella quam
 „plurima.“ Partem hodierni regni Sevillani constituit haec
 „quoque provincia, nomenque procul dubio invenit ex urbe
 Ἀσιωδου veteribus haud ignobili, idque conservatum etiamnum

w) *Asluca*; ahora *Paterna de Ribera*. Verba sunt cl. CONDE p. 205.
 Non novi.

x) Vocabulum المنزل, quo h. l. utitur Edrisius, notat *hospitium*, est
 itaque locus, ubi quis divertit, aut subsistit; vulgo Caravanserey.

y) SIONITA reddit: Madayen (urbes). CONDE p. 205 *Almudeyna*, in-
 quit, diminutivo de Medina, la ciudad pequeña; ahora *Los Palu-
 rios*, del partido de Sevilla. Büsching non memorat. Offert mappa
 geographica Homanni.

z) Procul dubio lapsus librarii sive typhothetae pro ديرة. SIONITA habet:
 „*Dair-algemale* (monasterium pulchritudinis)“ CONDE *Deirat - al
 Gemale* et p. 205 *Deyra algemala*, ait, casa de la Camella, ahora
 de la Villa de las Cabezas, partido de S. Lucar.



refert Medina Sidonia (a), ducatus titulo insignis. Abulfeda teste habet Sevilla plures nomos, atque inter illustrissimos est Schaduna agrorum hortorumque cultura, oceano adjacens (b).

B) *Topographia.*

1) *Ischbil* إِسْبِيل, olim Hispal, Hispalis (c), hodie Sevilla, caput regni Sevillani. Rarenter Hems (d) aut Hemisa vocatur a legione Hemessena, quae olim, Musa duce, urbem hanc occupavit. Sita est, Abulfeda autore (e), in


a) CONDE p. 173. Xedúna, ait, este clima es el territorio de Medina Sidonia ... Ptolemeo dice Ἀσιυδων ... los Romanos la llamaban Cesariana.

b) ABULFEDA p. 112. vers. REISK. p. 220.

c) CONDE rerum etymologicarum studiosissimus p. 174 de origine hujus nominis disserit haec: El nombre de Hispal me parece seria אִישׁ בַּעַל, que seria el del caudillo de la colonia que fundó la ciudad, y dió motivo al fabuloso Rey Hispalo, ó Spalo que cuentan nuestros historiadores etc.

d) Ita ABU ABDALLA ALSALEMI, autor Historiae regni Granatensis, cujus verba ex versione Cl. CONDE ita sese habent: ... de estos una legion de Emisenos ocupo la ciudad de Sevilla, que por esta razon se llamó *Hemisa*, así como á Jaen llamáron *Kinserina*, y á Elvira *Damasco*, en memoria de las ciudades de su patria ... Non dissentit TAMIMI (p. 169 et vers. *Karsten* p. 14) .. Sie hies ehemals *Hemis*, weil nach der Eroberung Spaniens viele Soldaten aus Hems sich hier niederliessen. Freylich giebt jeder Verfasser in seiner Beschreibung der Stadt einen beliebigen Beynamen.

e) ABULFEDA p. 122. vers. p. 223.




Hispaniae occidente australi ad sui fluvii orientem australem; est urbs antiqua, de capitalibus una (f); habet 15 portas. Edrisio autore „ab urbe Batalius ad urbem Ischbilia sex habentur stationes, per viam, quae ducit ab Ebn „Abi Chaled (g)“ ad Dschebel al Oyun, ac tum ad Ischbilia; „ab urbe Malaka distat intervallo quinque stationum; ab „urbe Karmuna, occidentem versus spatio 18 miliarium; ab „urbe Scharisch 2 stationum praegrandium; ab urbe Kortoba (h) 80 miliarium.“

2) „Karmuna مدينة قرصوننة urbs, intervallo 18 miliarium ab Ischbilia et 45 miliarium intervallo ab Astidscha „distat; a Scharisch 3 stationum spatio dissita.“ Hujus urbis mentionem quoque facit Abulfeda et in notis marginalibus, inter nomos Sevillanos, ait, est nomus Karmuna urbis

f) TAMIMI l. c. ... sie war die Residenz der Könige aus dem Hause Abbas .. von welchen sie auf immer zu ihrem Wohnorte, so lange sie in Spanien waren, bestimmt, und zur Hauptstadt des Reichs erklärt ward; sie führten hier feste Schlösser auf, legten Wasserleitungen und Gärten an und verschönerten Sevilla sehr. cf. BÜSCHING p. 248.

g) ابن حالد CONDE p. 207 illustrationis causa, este camino, inquit, era una linea recta desde Badajoz à Gibraleon, y desde allá se inclinaba al oriente por Escacena à San Lucar y a Sevilla.

h) Parum inter se differunt EDRIUS et ABULFEDA qui l. c. „Sevillam inter et Kortobam intercedit dierum quatuor spatium.“ Statio ergo parva = 20 miliar. TAMIMI l. c. ab illis longe abest: ait nimirum: Von Cordua bis Ischbilia sind 3 Stationen.



et arcis summopere communitae et editae. Hodie Carmuna (*i*) vocatur.

3) *Alschanā* اَلشَّانَة. Nil nisi nomen prodidit Edrisius. Vrbs enim, quae vocatur Elischana, non ad Clima Schaduna, sed manifesto ad Clima Canbania pertinet, nec cum Alschanā confundenda (*k*).

i) CONDE p. 176 es, ait, CARMONA poblacion antiquissima: en sus antiguas monetas se escribe *Carmo* entre dos espigas. Julio César hace memoria de ella y la celebra per su fortaleza. Ptolomeo la llama *Χαρμόνια*. . . . Jam addit nominis interpretationem ratione habita vocabuli *חרמון*; qua, ad finem perducta, pergit: los moros la estimaban como una de las mayores de España, así por su fortaleza, como por su fertilidad . . . *abundante* en plantio de olivas, vinas y demas. Cf. BÜSCHING, qui p. 260 inter alia. . . . Carmona, inquit, vor Alters Carmo, eine Stadt an den kleinen Flüssen Carbones und Guadaña.

k) Aliter sentit CONDE p. 176. Alixena, ait, si no esto mal escrito, por *E* es *Alisné*, despoblado de tierra de Cordoba; y por *J* es *Lucena*, ciudad bien conocida en tierra de Cordoba: he notado que el Compendiador de nuestro geographo escribió primero *الشَّانَة* *Alixena* ó *Alixena* por *ain*, y despues siempre *البيشاشة* *Alixena* por *Elif*. Casiri en sus Fragmentos historicos unas veces escribió *Eliossana*, y otras *Albasana*. Ita Conde. Quantum tamen ego video, non de una eademque urbe loquitur Edrisius, sed de duabus urbibus, orthographia et situ ab invicem distinctis, quarum altera (per *Elif*) ad provinciam Canbania, altera autem ad Clima Schaduna referenda est. cf. paullo post, not. o).



4) Ad provinciam Schaduna denique pertinent „plura castella“, quorum tamen nomina silentio praetermisit Edrisius. Ex descriptione itineris ab urbe Sevilla ad Kortobam instituendi, commode, si quid judico, ad hanc provinciam revocantur castella *Kotaniena* et *Alkolia*; vid. paullo post C.

5) Secundum Abulfedam (l) „ad nomum Schaduna pertinet *Kalaa Chaulan* قلعة خولان fortis, cum vineis, hortis et parvo fluvio.“ Nomine fluvii aegre careo.

C) *Hodogia*. I. *Iter a Dschesira al Chadra ad Ischbilia*, paullo ante est descriptum vid. p. 23.

II. *Iter ab urbe Ischbilia ad Kortobam ope fluminis.*

„Potest nimirum, qui vult, Ischbilia Kortobam cymbis abire. Ascendit autem adverso flumine usque ad „*Molendinas Alzaradae* ملحة الزرادة (m); ad „*Flexum hospitii Aban*, عطف منزا ابا (n) ad „*Kotaniena*, قطنياندة, castellum (o); ad

l) ABULFEDA text. p. 111.) vers. p. 220.

m) Vid. Part. II. p. 4. ibi omissum vocabulum ملحة; quod omitti non debuit. CONDE ad l. c. p. 222 haec habet: unos molinos de Guadalquivir et ad h. l. p. 227. molinos de Guadalquivir; *ἵσως Arahal* אחר הרחים tras los molinos.

n) CONDE p. 227. *Mencil Abàn*, ait, *Posada de Abàn*, entre Villaverda y Alcalá del Río: *ἵσως* Posadilla, aldea de Córdoba. De hoc hospitio fateor mihi non recte constare.

o) Supra P. II. p. 4. adfuit قطنياندة حصن; nisi me omnia fallunt,



- „ *Alkolia* *انكوليا* (*p*); ad
 „ *Lora*, *لورا* (*q*); ad
 „ *Al Dscharf* *الحرف حصن*, castellum (*r*); ad
 „ *Schusnil*, *شوسنيل* (*s*); ad


unum idemque castellum, licet, nescio an typothetarum aut librarii errore orthographia differat. Hac de re autem a me dissentit Cl. CONDE. Ad l. c. nimirum hanc exhibet notam p. 221: *Catinena*, *كاتينا*, la *Cotina*, despoblado del partido de Baeza; sino es *Canena* en el mismo partido, ó corrupcion del nombre de *Constantina*, que me parece mas verosimil; porque *Cantillana* esta léjos. Ad h. l. autem observat p. 227: *Cotaniena*, *Cantillana* ó *Cotina*. Me quidem iudice neque convenit *Cotina* neque *Canena*, oppida regni Giennensis (vid. BÜSCHING p. 279.) quippe quae nimis distant; Costantina, oppidum grande (vid. BÜSCHING p. 250) ad regnum Sevillanum quidem pertinet, sed, si recte video, non ad flumen adpositum est. *Cantillana* oppidum ad Guadalquivir situm (BÜSCHING p. 260).

p) SIONITA interpretatur: parvum castrum. Supra (P. II. p. 4.) additum legimus vocabulum *حصن* i. e. castellum. CONDE p. 221 a parte Sionitae stat et *Alcolia*, ait, es diminutivo de Alcalá, quiere decir, *castillo pequeño*; hay (addit idem) muchos pueblos en España con este nombre; la que aqui se menciona es *Alcolea del Rio*, partido de Carmona. BÜSCHING non commemorat, ast mappa geogr. studio Homanni delineata.

q) Ad Clima Oschuna revocat Edrisius, quod vid.

r) vid. infra Clima Canbania n. 17.

s) SIONITA reddit Susenil; CONDE *Xusnil*, addita observatione p. 227: tal vez *Mira-Genil*. Oppidum Miragenil, teste BÜSCHINGIO p. 267 ad amnem Genil situm, nimis distat, adeoque vix cum Schusnil Edri-



„*Melbal*, fluminis ostium (*t*); ad
 „*Almodavar* حصر المدور (*u*), castellum; ad
 „*Vadi al Róman* (*v*); ad
 „*Molendinas Náseh* أر حا ناصح (*w*), demum ad *Kor-*
tobam.“

III. Clima Alscharf إقليم الشرف.

A) *Praemonenda*. „Sequitur Clima Alscharf, inter
 „*Ischbilia*, *Liblam* et mare tenebrosum (atlanticum) inter-
 „*jacens*, atque complectitur e locis munitis (*a*), *Hesn al Ka-*

sii conferendum. Oppidum *Possadas* contulerim, nisi soni differen-
 tia dissuadeat, vid. BÜSCHING p. 270.

t) vid. Part. II. p. 14 et adde, si placet, quae ex notis Cl. CONDE ad
 h. l. didici. *Ahora* ait p. 227. este rio se llama *Bembezal*. Apud
 BÜSCHINGIUM, ni fallor, *Bembazar* vocatur; opportune enim (p. 270)
 ita refert: Die Flecken *Almodavar del Rio* und *Bossedas*, beyde am
 Flus *Guadalquivir* und *Hornachuelos* am Flus *Bembazar*, welcher
 in dieser Gegend sich mit dem *Guadalquivir* vermischt. Vid. not. sq.

u) vid. infra Clima *Canbania* n. 16.

v) Vid. Part. II. p. 14. Conjiciebam l. c. vallem esse; sed flumen est,
 si Cl. CONDE audimus, qui p. 227. *Wadin-Roman*, ait, rio de los
Granados, conserva su nombre נהר רימונים *Nahr Rimonim*, rio de
 los *Granados*. Vallis si esset, procul dubio loco נהר exhibuisset
 CONDE vocabulum נחל.

w) CONDE l. c. *Molinos de Nasich* sobre *Guadalquivir*.

a) Textus exhibet من المعاقل سIONITA interpretatur: „sub qua (pro-
 vincia) comprehenduntur haec loca munita, Castellum *Alkatsr*, (i. Ar-


„zar, urbes Libla, Velba, Dschesira Schaltisch et Dsche-
„bel al Ojun.“

Dubitationem non habet, hanc quoque provinciam par-
tem constituere hodierni regni Sevillani. Nomen, quod ei
imposuit Edrisius, quantum memoria prius lecta repetere
possum, neque apud Abulfedam neque apud Tamimum oc-
currit. Sionita reddit „*Sciorf*, i. e. *Nobilitatis*.“ De origine
illius, quod a nobilitate habet, nominis habemus duplicem
conjecturam cl. Conde (b), quarum altera, a soli nobilitate
ac fertilitate regionis desumpta, me quidem iudice, alteri,
quae a moneta, quam tributi loco olim Mauri magistratibus
tribuebant, nomen derivat, longe praeferenda. Vestigium
istius denominationis forte relictum deprehendimus; urbs
enim, quae hodie vocatur San Lucar la mayor, sita est in
planitie amoenissima, quae *Ajaraffe* incolarum sermone ce-
lebrari solet (c).

cis,)“; CONDE (p. 29) vertit: y en él el *Miakel Hisn Alcazâr* addita
p. 179. observatione: he dexado la voz árabe *مياكل miakel*, que
denota *fortificacion* de ingenio, obra del arte.

b) CONDE p. 177. *Alxarfe*, ait, territorio de Sevilla muy fértil y de ex-
celente plantio de olivares: este nombre se le daría ó por le bondad
del terreno ó par la aplicacion que de el hicieron los Reyes de
Cordoba. Alxarafe llamaban nuestros Moros al tributo que pagaban
á sus Principes, y de aquí nuestra voz Almoxarifes etc.

c) Vid. BÜSCHING p. 248.



ergo, qui Edrisio *fluvius Libla* audit, est Tinto s. Azeche (g).
Pergit Edrisius:

„ Inter urbem *Leba* (h) et mare intervallum 6 miliarium.“
3) „ *Velba* ⲁⲗⲓ, Medina *Velba* sita contra insulam Schial-
„ tisch, a meridie ejus, in monte, e cuius radicibus fluvius
„ *Liblae* erumpit. (Sion. 155.). Hesn *Velba* ab Hesn Mer-
„ tola (i) distat intervallo duarum stationum brevium. (Sion.
„ 156.)“ *Velba*, Medina *Velba* et Hesn *Velba*, quantum
ego quidem video, minime pro diversis locis habentur; *Vel-*
ba, Medina *Velba* enim, olim *Onoba*, Plinii *Aestuaria*, ho-
die est *Huelva* (k) et Hesn *Velba* procul dubio castellum,


g) Vid. P. II. p. 12 sq. ubi emendandà quæ de flumine *Liblae* olim
conjeceram. Cl. CONDE debeo veriora. Ait nimirum l. c. *Labla* ...
a la orilla de rio *Tinto*, que los Romanos llamaban *Urium*, y los
Arabes ساقية *saquia*, *azequia*; y de este proviene el de *Azeche*, que
le llaman ahora.

h) Textus editus h. l. exhibet ⲁⲗⲓ *SIONITA Labla* vertit; eum sequitur
CONDE et ⲁⲗⲓ reposuit, ambo scilicet in mendo esse textum rati.
Sed fortassis lectio ⲁⲗⲓ non est sollicitanda; est enim haud procul a
mari et ad flumen *Saltes* situm *Lepe* oppidum, forti castello muni-
tum. cf. BÜSCHING p. 248. ubi haec: *Lepe*, ein Flecken am Fluss
Saltes eine halbe spanische Meile vom Meer, mit einem guten Castel.

i) Vid. *Clima Alfegar*.

k) CONDE p. 180, *Welba*, *Wilba*, ait, ahora *Huelva* la antigua *Onoba*
עון ערפא *abundante en racimos*; y si era voz compuesta עון ערפא
φραξιον της φαρξιας *asilo de la tribu fuerte de la colonia*. Addit, quæ
magis placent: He visto entre otros nombres de pueblos en la Bética






ad arcendos hostes exstructum, quod BÜSCHINGIUS, urbem Huelva describens, commemorat (l).

4) „*Dschesira Schaltisch* جزيره شلطيش insula, quae „habet in longitudine mille passus et quod excedit, sita in „confinio sinus maris fluvium urbis Liblae (m) excipientis „(Sion. 155).“ Sunt, teste cl. Conde, Arabum scriptores, qui insulam Velbae compellent (n). Non solum insulam sed etiam urbem hujus nominis, quae autem a recentioribus ignoratur, commemorat Edrisius. Ait nimirum (l. c.): „Ab „urbe Schaltisch ad Dschesira-Kades intervallum 100 miliarium.“ Amice cum autore meo consentit Abulfeda (o), cujus verba haec: „Ad nomum Sevillanum Utenah dictum va- „riae spectant praeturae, ut insula Schaltisch in Oceano,

Onba, شنبوش Shonbos y مرچق Hisn-Mergek, todos de este territorio. — Onba mihi quidem veterum Onoba videtur. Schonbosch et arcem Merdschek ignoro.

- l) BÜSCHING p. 249. Huelva . . . und in dem Winkel, den die Flüsse Tinto und Odiel machen, lieget ein Castel.
- m) Dissentit BÜSCHING l. c. Huelva, inquires, am Flus Odiel, unterhalb welchem ein Arm dieses Flusses die Insel Saltes macht. Autore Edrisio Fluvius Liblae Tinto hodie vocatur s. Azeche. Sed vid. not. seq. n.
- n) CONDE p. 180. Gezira Saltis isla delante de la embocadura de los rios Odiel, Tinto, y de el Cartaya, la que otros Arabes llaman *isla de Huelba*. Hi vero qui sunt? Tacet. Utinam eos consulere ipsos possemus.
- o) ABULFEDA p. 114. vers. p. 220.



„in qua est urbs parva communita.“ De situ hujus urbis ergo Abulfedae et de nomine ejusdem Edrisii habemus auctoritatem. Caeterum multis verbis et longa disputatione ex confusione literarum tum T. et S. tum R. et L. non solum linguis sic dictis orientalibus communi sed in aliis etiam bene multis linguis haud infrequenti comprobare studet cl. Conde (p) insulam Schaltisch Tarschichi in sacris literis celebrati locum tenere. Alii autores omnem tractum maritimum ab urbe Niebla ad Almeriam usque pro Tartesso veterum habent (q).

5) *Dschebel al Ojun جبل العيون* Praeter nomen, bis obvium (r) nihil quidquam invenio. Vtrum igitur mons sit (s), an oppidum, non facile dixerim. Cl. Conde, ut videtur, pro montis nomine habet hodieque Gibrleon vocari constanter affirmat (t). Gibrleon oppi-


p) CONDE p. 180-183. cf. p. 205 ubi Saltis, inquit, segun mi conjectura de *Tarsis*, *Tartis* ó *Tartesia*, donde regnó Argantonio; pais felicissimo, donde creian que los hombres vivian 150. años; el pais adonde Jonás hugó תרשישה à *Tarsis*: la isla de la Higuera seria parte de ella.

q) cf. BÜSCHING p. 245. BOCHARTI Phaleg. L. 3. c. 7. p. 188 sq. MICHAELIS Spicil. T. 1. p. 89 sq.

r) Vid. supra Clim. *Schaduna*.

s) Vid. Part. I. p. 24.

t) CONDE p. 183 Gebal-oyun, ait, es ahora Gibrleon, quiere decir, monte de las Fuentes, por ser *πελυπιδαι*, como el Ida abundante de fuentes, *fontanal* y *hontanal* se dice en español: llamaban à este y à las al-



dum, ad flumen Odiel situm (*u*), forte ab hoc nomen sortitum.

C) *Hodogia*.
 „ A Dschesira Schaltisch via per mare (*v*) ad septentrio-
 „ nem suscepta usque ad arcem Kastala (حصن قسطله) ad
 „ mare sitam habentur 18 miliaria et inter istas ostium flu-
 „ minis Jana (*w*) occurrit. Hisn Kastala (pergit) quod fau-

turas cercanas أبواب الغرب puertas de Algarbe, de Occidente: los Orientales llaman *puertas* à las *fortalezas*, colocadas en las montanas que hacen linde, cortan ó dan paso para pais ó termino ageno: de aquí nosotros decimos puertos al de Guadarrama y Somosierra y otros etc. Jam verbis fidem facit exemplis ex hebraico, arabico etc. sermone in medium propositis. P. 207. breviter Gebaloyun, inquit, monte de las Fuentes, ahora Gibraleon.

u) Vid. BÜSCHING p. 249.

v) Verba textus haec: مع لبحر مارا. Significatum vocabuli مارا, fateor, me fugere. Putabam olim esse lapsum typhetae pro مارا. Ac forte verum vidit cl. CONDE, qui versioni . . . y desde Gezira Saltis por el mer Mara en la parte septentrional p. 205 notam addit sequentem: Mara: he dexado asi esta voz porque en el original estaba مارا por ne alterarle; pero me parece que debe escribirse مارا lo que mira, que á veces estas faltas de escritura engañan á los traductores. Josef Escaligero en la traduction de las sentencias de Abi Ubeid se engañó en mudar مارا non ei en مارا cuius opes: de manera que resultó un sentido contrario.

w) Flumen Jana hod. Guadiana. Vid. Part. II. p. 10 sq. Adde, si placet, quae de origine nominis habet CONDE p. 206. Nahr-Yana, in-


„cibus maris adjacet, a Tavira (طابيرة) mari proxima (x)“
non nisi 14 miliarium spatio dissita est. Castellum Ka-
stala, quantum ex situ colligo, quum in vicinia ostii Gua-
dianae ponitur, aut est Castro Marim, aut, quod verius vi-
detur, licet nullum soni vestigium compareat, urbs quae
hodie vocatur Ayamonte (y), castello communita. Pariter
Cl. Conde (z), quo nomine nunc vocetur, dubius haeret,
nec certi quid adfert.

quit, el mismo que nuestros Arabes llamaban *Guadiana*, conservan-
do su antiguo nombre *Anas* de אַנַּס אֲנַּס débil, ténue, que no se
sostiene, apacible, manso, alagunado, aqua mansa אֲנַּס לֵו. Ingenuè
profiteor, mihi hoc displicere geographiae genus etymologicum.

x) Mansit nomen in hunc usque diem.

y) BÜSCHING p. 248. Ayamonte, inquit, eine Stadt auf einer Höhe, bey
der Mündung der Guadiana, in welcher sie einen Hafen hat. Sie
wird durch ein Castel beschützt etc.

z) CONDE l. c. Castala, inquit, *Castelar* ahora ó *Almorayma* en su
termino: alguna vez creí que fuese Alcalá de los Gazules (oppidum,
quod laudat BÜSCHING p. 257.)



Sed redeamus ad id, quod consilii nostri summam constituit.

Circumactus nimirum est annus, quo iterum gessi magistratum academicum jamjam deponendum. Quae durante anno hoc munere memorabiliora contigerunt Academiae, breviter exponam.

Non irrita fuisse vota, quae magistratum iniens pro ELECTORIS AUGUSTISSIMI incolumitate et salute, pro Academiae incrementis ac splendore susceperam, ex intimo animi adfectu laetor. Perrexit AUGUSTISSIMUS ELECTOR, quem Deus quam diutissime conservet, hanc literarum bonarumque artium sedem gratia sua amplecti ac propensissima sua voluntate servare, fovere ac tueri, cujus rei complura hoc quoque anno extiterunt documenta luculentissima. Quod praeterea sub auspiciis muneris in votis habui, ut ultimo ejusdem die PROFESSORES aequae ac STUDIOSOS viderem incolumes, praestitit quoque divina benignitas.

Ordini Medicorum additus est Vir experientissimus DIETERICUS GUILIELMUS HENRICUS BUSCH, qui per tres fere annos artis salutaris disciplinas extra ordinem docuerat. — Ad tradendas disciplinas mathematicas, physicas et astronomicas Cassellis, ubi idem munus obierat, huc evocatus CHRISTIANUS LUDOVICUS GERLING, vir clarissimus, vicesque cl. MUNCKE, Heidelbergam hinc advocati, explere jussus est. — Qui per aliquod tempus privatus docuerat in Academia nostra, DANIEL GEORGIUS CONRADUS A COELN, Philosophiae Doctor et alumnorum Electoralium Major, nominatus est extra ordinem Theologiae Professor.




Stipendia aucta sunt Professoribus BECKHAUS, MACKEL-
DEY (cui quoque honorem consilarii Electoralis aulici con-
gratulati sumus) et WURZER, qui e gremio nostro ad exte-
ros invitati, condiciones lautissimas recusarunt, cum hanc
Musarum sedem laete florentem cuivis alii gratus animus
praeferret.


Collectione librorum ab Universitatis Rinteliensis Anti-
stitibus quondam facta, iis tamen exceptis scriptis, paedago-
gici, historici, mathematici etc. argumenti, quae Gymnasii
ibi recente memoria conditi commodis atque utilitati aut Do-
centium aut Discentium possent servire, beneficio ELECTO-
RIS CLEMENTISSIMI locupletata est Bibliotheca nostra publica.

Instituto, quod ad rem domesticam Universitatis admi-
nistrandam spectat, nova ordinatione sapientia PRINCIPIS
AUGUSTISSIMI constituta prospectum est atque consultum.

JUSSU PRINCIPIS LONGE CLEMENTISSIMI, qui apud poste-
ros legatur, dignissimo, cujus fidem facit Extractus Protoc.
Sanct. Consil. dd. xix. Aug. h. a. wird die Universität Mar-
burg angewiesen, eigene passende Anordnungen zur Feyer
dieses Jubelfestes zu treffen und durch Redehalten in ihrem
großen Hörsaale, Promotionen etc. ihrerseits einen so merk-
würdigen Tag auszuzeichnen. Non defuit Senatus tum suo
officio. Deliberatum est in Consistorio academico, qua ra-
tione omnia peragenda essent; rebusque omnibus constitutis
d. xxxi. Octobrium festum emendatorum sacrorum seculare
tertium decenti pompa celebratum est. Pridie scilicet festo-
rum secularium et affixum fuit et divulgatum programma
ad indicenda haec solemnia a M. J. H. BECKHAUS Ordinis



Theologorum h. a. Decano conscriptum, continens, praefaminis loco, „brevem enarrationem de Adolpho Clarenbachio primo Montensium reformatore et martyre.“ Die xxxi. Octobr. ipsa in aedibus academicis congregati sunt invitati ad solemnia publica concelebranda. Inde in aedem parochialem, ordine solemnibus academicis adcommodato, itum est, et, auditis sacris concionibus, in Auditorium Majus. Occupatis ibi pro ordine sedibus concentus musicus audiebatur. Tum Orator Academiae, cl. WAGNER, Professor Litt. gr. lat. nec non Eloqu. et Poes. p. o. cathedram conscendit, sacraque hujus diei habita oratione „de temporum, in quae sacrorum emendatio incidit, statu conditioneque“ annuntiavit. Quam orationem excipiebat pars prima Oratorii musici. Jam Ordinis Theologici Decanus conscendit cathedram et praemissa oratione „de eximia ecclesiae restauratorum eruditione theologica, nobis ad imitandum proposita“ summos honores in Professore extraordinarium DANIEL. GEORG. CONRAD. A COELN“ Oerlinghusa-Lippiacum, qui ab aliquot annis et de stipendio Electorali alumnorum studia adjuvando, et de universa juventute Theologiae studiosa varii generis praelectiones habendo, praeclare meruit, doctrinamque accuratam scriptis nonnullis orbi literato approbavit“ veteri Academiarum more ritibusque iis, quos Statuta academica adhibendos praescribunt, contulit. Quibus omnibus confectis et gratiis a novo Doctore actis, recitavit Decanus quos praeterea hoc honore summo condecorare decrevit Theologorum Ordo summe venerabilis. En eorum nomina:
Christophorus Joannes Rudolphus Christiani, Norbya



Slesvicensis, Aug. Daniae Regi a consil. ecclesiast. apud Lüneburgenses Superintendens urban. ad aedem S. Joann. Pastor. primar. et Joannei Inspector.

Christophorus Andreas Leonardus Creuzer, Philosoph. Doct. ac Profess. in Acad. nostra p. o. nec non ad aedem parochial. Ecclesiastes.

Christianus Fridericus Guilielmus Ernst, Aug. Electori a consiliis ecclesiast. coetus Cassellani, qui in urbis veteris templo colligitur, Pastor primarius.

Fredericus Giese, Lichtenavia-Hassus, coetuum Evangelicor. per terras Nassovicis Antistes supremus atque ecclesiae Weilburgensis Pastor, „cujus in laudabili vereque christiano consilio, quo in Nassovia primum Ecclesiae purioribus sacris addictae inter se conciliatae unamque in societatem conjunctae sunt, praecipuae fuere partes.“


Jacobus Guilielmus Grimm, Sigena-Nassovicus, supremus sacrorum Antistes et Pastor primar. Dillaeburgensis nec non ejusdem dioeceseos Inspector, antea Professoris Theolog. munere in Academ. Herbornensi laudabiliter functus.

Joannes Melchior Hartmann, Philosoph. Doctor, Professor Linguar. orient. p. o.

Georgius Joannes Merz, Aug. Electori a Consil. ecclesiast. Ecclesiarum ac scholar. reformatar. per Principatum Hanoicum Antistes, coetusque Reformatorum Pastor primar. senex fere nonagenarius.

Georgius Emmanuel Christianus Theodorus Mueller, Loehnberga-Nassovicus, coetuum evangelicorum per terras Nassovicis Antistes suprem. atque Ecclesiae Weilburgensis





Pastor. primar. „consilii, ad Nassoviaë gloriam valituri, quo in ea primum regione discretæ adhuc Lutheranorum ac Reformatorum nominibus familiae unam in societatem coaluerunt inprimis adjutor, de re christiana optime meritus.“

Joannes Nicolaus Ruppertsberg, coetus Lutheranorum Cassellanorum Pastor primarius.

Gideon Schanz, Ecclesiae Ziegenhainensis Pastor primar. ejusdemque dioceseos Metropolitanus.

Joannes Spieker, Wolfhaga - Hassus, Philos. Doctor, dioceseos Nastaettensis in Nassovia Inspector, coetusque evangelico - christiani, qui in oppidulo isto colligitur, Pastor.


Joannes Hermannus Steubing, Herborna - Nassoicus, Consiliarius ecclesiast. coetus evangelico - christiani, qui Deciaë colligitur, Pastor primar. ac dioceseos Deciensis Inspector.

Fredericus Augustus Vulpius, Aug. Electori a Consiliis ecclesiast. ecclesiarum ac scholarum Lutheranorum per principatum Hanoicum Superintendens coetusque Lutheranorum Hanoviensis Pastor primarius. —

Ut spiritum paululum suspenderent Auditores, fidibus iterum praecincentibus ultima pars Oratorii musici agebatur. Quo finito denuo cœnsendit cathedram Orator Academiae recitaturus nomina doctissimorum virorum, in quos a singulis Ordinibus, excepto Ordine Theologico, Honores summos conferre decretum fuit.

Jam ab Ordine Jureconsultorum summis in vtroque Jure Honoribus condecorati sunt:

Bernardus Christianus Duysing, in Tribunali provocationum Hasso - Cassellano supremo Judex.



Carolus Fredericus a Muelmann, Sereniss. ac Potentiss. Duci Nassoico a consiliis intimis, nec non administrationis largitionum privatarum Praeses.

Franciscus Benjamin Ries, Aug. Principi Electori a consiliis intimis, Regiminis ac Consistorii Marburgensis Director. —

Amplissimus Medicorum Ordo summis in Arte salutari Honoribus dignos judicavit viros doctissimos, quorum nomina haec:

Ernestus Alexander Bock, urbis agrique Hombergensis Physicus, qui ante hos ipsos duodequingenta annos in hac Academia gradu Licentiati condecoratus fuit.

Joannes Theophilus Fredericus a Bohnenberger, Philos. Doctor, ac Matheseos, Physices et Astronomiae in Universitate Tubingensi Professor p. o. Ordinis Regii Wirtembergici meritorum civilium Eques, complurium Academiarum et Societatum Collega.

Augustus Antonius Woehler, rei equariae atque hippodromi urbis liberae Francofurtensis Praefectus, Doctor Medicinae veterinariae creatus. —

Ex decreto denique Ordinis Philosophorum creati sunt A. L. M. seu Philosophiae Doctores viri nomine et memoria dignissimi:

Joannes ab Arnoldi, Aug. atque Potentiss. Regi Batavorum et Belgarum a consiliis intimis, Ordinis Leonini in Belgio Eques etc. etc.

Joannes Joachimus Eschenburg, Duci Brunsvigensi a consiliis aulicis, Canonicus Collegii St. Cyriaci, Collegii Carolini, quod Brunsvigae floret, Professor p. o.



Joannes Carolus Freiesleben, Aug. et Potent. Regi Saxoniae a Consiliis metallorum, in tribunali administrationum metallicarum et officinarum Fribergensi Assessor.

Hans Christianus Ernestus Liber Baro de Gagern, Aug. et Potent. Belgarum Regis sanctioris consilii arbiter, ejusque Legatus extraord. atque Minister ad supremam Foederis Germani curiam et ad amplissimum Senatum liberae civitatis Francofurti a. M. Ordinis equestr. Leonis Belgici Decurio et Ordinum equestr. aurei Leonis Hassiaci, Fidei Badensis, Falconis albi Saxo-Vinariensis Decurio majore cruce insignitus.

Ludovicus Voelckel, Musei et Bibliothecae Cassellanae Inspector.

Fredericus Ludovicus a Witzleben, in sanctiori Electoris consilio status administer, rei venatoriae Magister supremus, Ordinis Leonis aurei primae classis Eques auratus, societatis physicae Marburgensis membrum honorarium, rel. —

Quod reliquum est, quum ipsa hac die scepra academica tradenda sint novo Prorectori, huic actui solenni ut interesse velint SERENISSIMI PRINCIPES, ILLUSTRISSIMI COMITES, MAGNIFICUS ET PERILLUSTRIS ACADEMIAE PROCANCELLARIUS, PROFESSORES VENERANDI, ILLUSTRES, EXPERIENTISSIMI, EXCELLENTISSIMI, GENEROSISSIMI *denique ac* NOBILISSIMI ACADEMIAE CIVES, ea, qua par est, observantia atque humanitate rogo.

Dabam Marburgi ipsis Calendis Januarii A. MDCCCXVIII.



De 7523

D

sb

ULB Halle 3/1
001 061 151



(1/2/3)

Nur für den Lesesaal



